



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

XLVI. Der Bischof Balduin bestätigt der Domkirche eine Schenkung von sechs Hufen im Dorfe Marzahne zum Unterhalt eines ewigen Lichtes, am 24. September 1215.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](#)

contraire presumat, autoritate Beati Apostolorum Petri et Pauli et nostra sub anathemate prohibemus, adhibitis testibus idoneis, quorum nomina sunt hec: Albertus, Magdeburgensis Archiepiscopus Apostolice Sedis Legatus, Sigebodo, Havelbergenis Episcopus, Henricus, Abbas in Monte Magdeburgensi, Rudolphus, Abbas in Lenin, Wilhebertus, Abbas in Cenna, Wicha-mannus, Prepositus Sancte Marie in Magdeburg, Bernardus, Prepositus in Gratia Dei, Sifridus, Prepositus Brandenburgenis, Waltherus, Prepositus in Liezeka, Andreas, Prepositus in Jericho; Laici vero Albertus, Marchio Brandenburgenis, Albertus, Dux Saxonie, Henricus, frater ejus Comes de Anhalt, Bedericus, Comes de Dorenburg, Conradus, Comes de Valkenstein, Wernerus de Dobbin, Bedericus, Castellanus Brandenburgenis, Fridericus de Hasle, Burchardus de Bresne, Richardus de Plaue, Richardus de Scherewist, et alii quam plures Clerici et Laici. Datum Jezere per manum Alexandri, Notarii nostri. X. Kal. Oct. A. I. D. MCCXV. Ind. III. Epact. nulla. Concurr. III. Pontificatis nostri anno VIII.

Bekmann's Anhalt. Hist. III. 312. 313. Buchholz IV. 49. Sagittar, Anh. Gesch. 16.

**XLVI.** Der Bischof Balduin bestätigt der Domkirche eine Schenkung von sechs Husen im Dorfe Marzahne zum Unterhalt eines ewigen Lichtes, am 24. September 1215.

— Balduinus, dei gratia Brandenburgensis episcopus. — Daniel, miles de Mukethe, pro sua et Berechthe, conjugis sue salute ac pro remedio animarum parentum ipsorum sex mansos, in villa Merscane sitos, ecclesie Brandenburgensi sui laboris studio comparavit, ita quod de redditibus eorundem, cum vacaverint, lumen indeficiens in eadem ecclesia ministretur. Hec autem donatio a prefato milite facta dignoscitur in hac forma, quod si ipse, uxore sua defuncta, decreverit vivere continenter, predictorum mansorum proventibus quoad vixerit, libere perfruatur; si vero voluntatem habuerit matrimonium contrahendi et contraxerit cum aliqua, iudicem mansi ad ecclesiam devolventur, predictis usibus applicandi. Similiter si post mortem ipsius Danielis uxorem suam contigerit superfitem remanere, et ipsa continentiam studuerit observare, tempore vite ejus bona eadem possidebit; sed si nubere voluerit et nupserit alicui, ea incontinenti vacantia et libera habebit ecclesia sepedicta, in prefatos usus sine omni obstaculo convertenda. Hanc ergo donationem et donationis dispositionem firmam et inconvulsam perpetuo permanere volentes, seriem ejus scripto, notatam sigilli nostri impressione signavimus et, ne quis eam infringat, sub anathemate prohibemus, adhibitis testibus idoneis, quorum nomina sunt hec: Woltherus, prepositus in Lezeke, Johannes, de Grabowe, Nicolaus de Jezere, plebani, laici vero: Badericus, castellanus Brandenburgensis, Albertus, advocatus de Spandowe, Sifridus in Stegeliz, aliique quam plures clerici et laici. Datum Magdeburch VIII<sup>o</sup>. Kal. Octobr. anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XV<sup>o</sup>. indict. III.

Nach dem Originale.